



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu
Decretalium pentateu-||chus**

Mesnart, Martin

Parisiis, 1555

xviii. De locato & conducto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

1. Ex re-
scripto.

D E I N D E de locatione conductione agi-
tor. Quæ vt item bona fide celebretur, Bo-
noniæ nemo magistrorum, scholariūm ve super
conducendis aliorum hospitiis in fraudem &
preiudicium hospitantium, ni prius conducio-
nis tempus elapsum esse constabit, inquiline
suum in hoc fauorem & consensum præstabunt,
hospitem conuenito. his qui faxint excommu-
nicationis poena esto.

3. Propter
sterilitatē
θεμα.
verum.

Sanè locatori domum inuito inquilino inha-
bitare, aut reficere, si necessitas quæ locationis
tempore nō imminebat id exposcet, remissa sibi
pro residuo temporis pensione liceto. Idem in-
quilinus, si peruersè ibi versatus erit, canonémve
per biennium non soluerit, ni satisfactione cele-
ri sibi prouidebit, rationabiliter inde amouetor.

4. Petuit

Emphytenta, si tamen primitus ecclesiam re-
quisierit, ei que quantum sibi ab aliis offeratur
nunciassit, illāq; se nolle emere dixerit, vel à de-
nunciationis tempore duūm mensium spatiū
elapsum erit, meliorationes & ius sibi competēs
alii personæ legitimæ recte vendito. Idem, si se-
cūs præsumpserit, in solutione canonis per
biénium cessassit, ni celeri satisfactione post sibi
consuluerit, etsi nec & vt canonem soluerit nū-
ciatum erit, iustè expellitor, sic dies statuta pro
domino interpellare intellegitor.

5. In prin.

Propter sterilitatem, si magno incommode
conductores adficiet, & vitio rei sine culpa co-
loni, casuve fortuito contigerit, colonis ecclesie

pro rata pensionis, ni vbertate præcedentis subsequentisve anni sterilitas compensari potessit, remissio conceditor.

Ecclesiarum prælatis decumarum suarum fru- 2. *Vestra.*
ctus & prouentus liberè iis, cum queis ecclesiæ suæ conditionem meliorem facere possint, locare, & ad firmam dare liceto. Statuta diccesanorum contraria ne obsunto. Huiusmodi tamē locatio ad feudum, alienationémve ne extenditor.

De Rerum Permutatione. Tit. 19.

Quae commutations rerum ecclesiastica- 2. *Vt com-
rum ab antecessore inconsultè factæ e- mutatio-
nem.*
runt, à successore aduentante emandantor.

Quod si princeps rem ecclesiæ immobilem 1. *Si prin-
sanctis locis præstare volt, & aliam immobilem ceps.
ab eis accipere, & rationabilis causa hoc expo-
scet: hoc modo de communī voluntate, dum ta-
men res quā ille præstabat maior æqualisve siet,
pragmatica sanctione super hoc promulgata
permutationem contrahere liceto.*

Sed nec mancupia ecclesiastica nisi ad liber- 3. *Manci-
tatem commutantor. Quæ mancupia pro eccle- pia.
siastico homine dabuntur in ecclesiæ seruitute
permanento. Qui ecclesiasticus homo cōmuta-
bitur ppetua libertate fruitor. Quod semel deo
consecratū siet ad humanos v̄sus ne transfertor.*

Quæ enim mācupia fideles deo & sanctis eius 4. *In iustiō
pro remedio animæ suæ consecrauerint, quo-
cunque commercio iterum in seruitutem secu-
larium ne rediguntor. serui tantū fugitiui di-
strahuntor. ecclesiarum rectores ne vnius elec-*